Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



cisti sermones me os retrorsum 7
Siuidebas furem cur rebas cum eo. & cum adulteris portionem tuam ponebas 7
Os tuum abundauit malitia. & lingua tua concinnabat dolos 7
Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. & aduersus filium matris tuae ponebas scandalum.
hec fecisti & tacui 7
Existimasti inique quod ero tui similis. arguam te & statuam contra faciem tuam 7
Intellegite hec qui obliuiscimini dm. nequando rapiat & non sit qui eripiat 7
Sacrificium laudis honorificabit me. & illic iter quo ostendam illi salutare di 7
INFIN PSAL DD CUUENIT

sequi diuina iussa contempnit 7

Hic enim os cogitationem cordis debemus aduertere 7 Tunc enim abundat malitia cogitationis quando per diuersa genera peccatorum. iniquae uoluntate crassatur 7 qui enim falso laudat alium. dolum in lingua facit 7

Existimasti inique hoc est quia ds differt uindicare peccata 7 Ideo credatur astultis illi placuisse scelera humana 7

Sacrificium laudis quia deomni bono quod sci faciunt ds honoratur 7 Iter xpi est. per opera sorum 7 Salutaris di patris filius est 7 O gloriosa semita. quae ducit adcaeli terraeque creatorem 7

Ita istum uersiculum debemus accipere. ut in his duab. prohibitis omnia crimina uetuisse uideatur 7 Ille currit cum fure. qui ei adfaciendum scelus socia uoluntate iungatur 7 Ponit portionem cum adultero. qui ei adiutorium prebet. quo sua uota perficiat. ibiq. sine dubio habere dinoscitur portionem 7

Sedere enim morantis est. et ideo grauius peccat qui moratur indetractione fraterna 7 Fratrem hic. omnem proximum carnis debemus accipere 7 filium matris sobolem dicit ecclesiae 7 Ponit ergo scandalum fratri suo. qui hereticas praauitates excogitat 7 quib. frater innocens capiat 7 hec fecisti et tacui. quia examinanda ea iniuriarum reseruaui 7

Intellegite. idest obedite qui obliuiscimini dm 7 ille obliuiscitur di qui preceptis ipsius iniqua presumptione contemnit 7 Nequando rapiat. idest diabolus 7 Non est qui eripiat. adsalutem. nisi ds persuam magnam misericordia 7 uel aliter 7 rapit xps obliuiscentes se. hoc est precipitat in mortem. et nemo eripere potest 7